de in eā formā doctrine in qua tradit' estis. De hoc fructu dicitur Jo. 15. Posui vos ut eatis etc. Scdo describitur ex amplitudine cum subditur. In oibus gētib' quia non tantum in vna gente iudeorū sed ad instructionē oim gentium sunt directi. Matb. ultimo. Euntes docete omnes gentes. Specialiter paulus in omnes gētes aplaturū acceperat ut ei cōpetere possit: qd dicitur ysa. 49. Parū est ut sis mihi seruus ad suscitandū tribus iacob et feces israel: dedi cōuertendas te in lucē gentium. Tamen ab eius aplaturū exclusi nō erant iudei p̄sertim q̄ inter gētes habitabant. Infra xj. Quādiū q̄dem ego sum gentium apostolus ministeriū meū honorabo si quo modo ad emulandū puocē carnem meam et saluos faciam aliquos ex ipsis. Tertio ex plenitudine potestatis cū subdit. Pro nomine eius id est vice et auctoritate ipsius. Sicut enim xps in nomine patris uenisse dicitur Jo. 20. quasi plenam patris auctoritatem habens. ita et apostoli in noīe xpi uenisse dicitur quasi in p̄sona xpi. 2. corinth. 2. Nam et ego qd donauī si quid donauī p̄pter uos in p̄sona xpi. Vel p̄ hoc describit' ex fine ut sit sensus. p̄ nomine eius dilatarō non p̄ aliquo terreno fructu sibi querēdo. Act. 9. Haec electionis est mihi iste ut portet nomē meū. An ad hoc fideles hortabatur col. 3. dicens. Omnia in noīe iesu christi agite. Quarto ex potestate super illos q̄bus scribebat q̄ predicto apostolatus subiecti. Unde subdit. In quibus id est inter quas gentes nostro apostolatus subiectas. Et uos scz romani q̄m sublimes. ysa. 26. Ciuitatem sublimē humiliabit. 26. conculcabit eam pes pauperis scilicet christi. gressus egenorū id ē apostolorū specialiter petri et pauli. 2. corinth. 2. Usq; ad uos uenimus in euāgelio xpi. Subdit uocati iesu xpi. i. a iesu christo fm illud Osee. i. Vocabo nō populū meū. Vel uocati ut sitis iesu xpi. Infra. 8. Quos p̄destinauit hos et uocauit. Vel uocati iesu christi. i. dicit a iesu christo xp̄i Act. xj. Ita ut cognominarēt' p̄mū antiochie discipuli xp̄iani. ¶ Osequenter describūt' p̄sonē salutarē. 2. p̄mo ex loco cū dicit. Omnibus q̄ sunt rome. Signāter omnibus scribit quia omnū salutes cupiebat. 1. corinth. 7. Holo omnes hoīes esse sicut meipsum. Act. 23. dicit' est ei. Oportet te 2 rome testificari. Scdo describūt' p̄sonē salutarē ex gratia. Circa qd p̄mo ponitur ḡre origo qd est dei dilectio. Deutro. 33. Dilexit populos oēs sancti in manu illius sunt. 1. Jo. 4. Non q̄si nos dilexim' deum. s. prius. sed quomāz ip̄e prior dilexit nos. Dei est dilectio non puocatur ex bono creature sicut dilectio humana. sed magis ipsuz bonum creature causat. qz dilige re ē bonū uelle dilecto. uoluntas aut' dei ē causa rerū fm illō ps. Quia quecūq; uoluit fecit. Scdo ponit' uocatio cū subdit. dilectio dei q̄ quidē ē duplex. Una exterior fm quam uocauit petrum et andreas. Matb. 4. Alia est uocatio interior que est secunduz interiorē inspirationem prouer. 1. Uocauit et rennuistis. Tertio ponit' gratiam iustificationis cum dicit. Sanctis id est per gratiaz et sacramenta gratie sanctificationis. 1. corinth. 6. Sed abluti estis sed sanctificati estis ut sitis dilecti a deo. uocatis ad hoc qz sitis sancti. ¶ Deinde ponuntur bona que eis optat. que sunt gratia et pax. quorū vnū scilicet gratia est primū inter dei bona quia per eam iustificatur impi'. Infra. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Aliud autem scilicet pax est ultimuz qd in beatitudine perficitur. ps. Qui posuit fines riuos pacem. Tunc enim erit perfecta pax quādo uoluntas requiescet in plenitudine omnis boni cōfēs quens immunitatē ab omni malo. ysa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et sic p̄ hec duo bona alia media intelliguntur. O scendit etiam cōsequenter unde sunt huiusmodi bona expectanda cum subdit. A

deo patre nostro. Jac. 1. Omne datum optatum et omne donum perfectum de sursum est descendēs a patre lumine. ps. 83. Gratiaz et gloriā dabit dñs. Addit ueritas Et domino iesu xpo. quia dicitur Job. 1. Gratia et ueritas per iesum christum facta est. Ipse etiam dicit. Jo. 14. Pacem meā do uobis. ¶ Aut dicit. Deo patre nostro potest teneri essentialiter p̄ tota trinitate que dicitur pater. quia nomina impozantia relationem ad creaturam cōmunia sunt toti trinitati sic creator et dominus. Addit autē domino iesu xpo. Non qz sit alia persona a tribus sed p̄pter humanam naturā per cuius misterium ad nos dona gratiarū perueniūt. 2. pe. 1. Per quem maxima et preciosa nobis p̄missa donauit. Vel potest dici qz hoc qd dicit deo patre nostro tenetur p̄ persona patris que scd' p̄prietatem dicitur pater xpi. sed scd' appropriationē p̄ nos. Jo. 20. Ascendo ad patres meum et patre uestru Tangit autem p̄sona filij cū dicit. Et dño iesu xpo. p̄sona aut' spiritu sancti non ponit' qz intelligit' in donis ei' que sunt gratia et pax. Vel etiaz qz intelligitur in duab' p̄sonis p̄ris et filij quarum est vnio et nexu.

## Lectio quinta.

**D**iximus quidē gratias ago deo meo per iesum christum pro oibus uobis quia fides uestra annūciat' in uniuerso mūdo Testis est mihi est deus cui seruiuo in spū in euāgelio filij eius qz sine intermissione memoriā uestri facio semper in orationibus meis. obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperuziter habeā in uoluntate dei ueniendi ad uos Desidero est' uide re uos: ut aliquid impartiar uobis: gratie spiritualis ad confirmandos uos: id est simul consolari in uobis per eam que in uicem est fidē uestrā atq; meam. Holo autem uos ignorare fratres: qz sepe p̄posui uenire ad uos: et phibitus sum usq; adhuc. ut aliquid fructū habeam in uobis: sicut et in ceteris gentibus. Grecis ac barbaris: sapientibus et insipientibus debito sum. itaq; qd in me promptum est et uobis qui rome estis euangelizare. Non enim erubescō euāgelizā. Premissa salutarōe hic aplis epistolare tractatū incipit. In quo primo ostēdit affectū suū ad eos q̄bus scribebat ut reddat auditores beniuolos Scdo instruit eos d' ueritate q̄ p̄tinet ad ueritē ḡre xpi ibi. Cert' est' dei ē. Quid autē affectū ad eos triplr. p̄mo qd ē ḡre actōe q̄ de earū bonis ḡras agit. Scdo ex orōne quā. p̄ eis ad deū fūd' ibi. Test' est' mihi de'. Tertio ex desiderio uisitatiois eorū ibi. Obsecrāo si quō. Circa primū tria oportet p̄siderare p̄mo qd ē ḡre actōis ordinē qz dicit. Primo qd ē ḡras ago deo meo. Necessē ē est' ut i oib' ḡre actōne p̄mittam' fm illō 2. thes. ultimo. In oib' ḡras agite. Mō est' dign' bñficiū cōseq' q̄ de accept' bñficijs ḡras nō agit. Sap. 16. Ingrati spes rāq; ybernalis glacies tabes fecit. Et ecc. 1. Ad locū uñ exiit flumina reuertit' qz ad principium unde proueniunt beneficia reuertit' scilicet p̄ gratiarū actiones ut iterum fluant. scz p̄ iteratā beneficiorum exhibitionē. In omnibus autē q̄ p̄tin' uel

agimus diuino beneficio indigemus. et ideo ante oia debet gratiarum actio premiti. **S**cdo designat personas tres quarum vna est persona cui fit gratiarum actio qua designat dicitur. deo meo scilicet cui debetur gratiarum actio de omnibus bonis qz ab eo fluat. **I**ac. 1. **O**mne datum optimum et omne donum perfectum desursum est etc. Et quantum sit deus omnium p creationem et gubernationem. scdm illud infra 4. **D**ns omnium: specialiter tamen dicit esse deus iustorum tripliciter. **P**rimo quidem secundum specialem curam qua de eis gerit. ps. **O**culi domini super iustos. Et alibi dicit. **D**ns illuminatio mea **S**cdo per speciale cultum. **E**xo. 15. **I**ste deus meus et glorificabo eum **T**ercio qz eorum premitum: gen. 1. 5. **E**go dominus merces tua magna nimis. **S**ecunda persona est mediatoris qua tangit dicens. **P**er iesum christum. **E**odem enim ordine debet gratiarum actio in deum recurrere quo gratie a deo in nos deueniunt que quidem est per iesum xpm. **I**ntra 5. **P**er que accessum habemus per fidem in gratia qua stamus **T**ercia est persona illorum p quibus gratias agit qua designat subdens. p omnibus vobis. quia. scilicet eorum gratias quasi suas reputat. ppter vinculum caritatis. 2. **T**imo. 1. **M**aiorem horum non habeo gratiam qz vt audiat etc. **S**ignanter autem dicit. pto omnibus vobis qz scilicet omnibus placere desiderat. 1. **C**orinth. 13. **S**icut et ego per omnia oibus placeo. **E**t omnium salutem cupit scdm illud 1. **C**orinth. 7. **V**olo omnes homines esse sicut meipsum. **T**ercio ponit materiam gratiarum actionis cu subdit. **Q**uia fides vestra annuntiat in vniuerso mundo. qz agit quod gratias de fide eo quod est bonorum omnium spiritualium fundamentum. **H**eb. 11. **E**t autem fides sperandarum substantiarum. **C**omendantur autem romani de fide. quia fidem defacti susceperant et in eadem firmiter permanebant. **U**nde et vsqz hodie apud eos plurima fidei signa ostenduntur in visitatione sanctorum locorum vt hieronymus dicit super epistolam ad gal. **N**ondum tamen perfectam fidem habebant quia aliqui eorum preuenti erant a pseudo apostolis vt crederent legis ceremonias euangelio iungendas. **S**auder autem et gratias agit de eorum fide non solum ppter eos: sed ppter utilitatem inde consequentem. qz scilicet eorum exemplo qz erant domini gentium alie gentes puocabantur ad fidem qz vt dicit glo. **P**rompte facit inferior quod videtur fieri a superioribus. ppter quod amonent prelati vt fiant forma gregis ex animo. 1. **P**e. vltimo. **C**onsequenter cu dicit. **T**estis enim etc. ostendit affectum suum ad eos ex oratione qua pro eis fundit. **E**t quia orationis negotium in secreto agitur coram deo scdm illud **M**at. 6. **T**u autem cu oraueris in tra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum. **D**e testimonio pbat se pro eis orare. **P**rimo ergo inducit testem **S**cdo manifestat suam pra quod testimonium inducat. qz sine intermissione. **T**estes autem inducit cu dicit. **T**estis est mihi deus sub cuius testimonio oia agunt **I**e. 19. **E**go sum iudex et testis. **E**t vt iustum testem non frustra inuocare ostendat. ponit consequenter quomodo sit ei coniunctus. **P**rimo quidem quantum ad seruitium cu dicit. **C**ui seruo scilicet per patrie cultum. **D**eutro. 6. **D**nm deum tuum adorabis et illi soli serues. **S**cdo quantum ad modum seruituti cum dicit. **I**n spiritu meo. **Q**uasi dicat. non solum in exteriori seruitio corporali. sed precipue interiori scilicet spiritu. **I**o. 4. **S**piritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu et veritate adorare oportet **H**el in spiritu id est in spiritualibus obseruantijs non in carnalibus sicut iudei. **P**hil. 3. **N**os sumus circuncisio qui spiritu dei seruius deo. **T**ercio quantum ad officium in quo seruit scilicet in euangelio filij eius. scdm illud supra eodem. **S**egregatus in euangelium. **Q**uidem est filij dei tripliciter. **I**no modo qz est de ipso. **L**uc. 2. **E**uangelizo vobis gaudium magnum. **A**lio modo qz est ab ipso predicatum ex proprio officio. **L**uc. 4. **Q**uia et alij ciui-

tatibus oportet me euangelizare regni dei quod ideo missus sum. **T**ercio qz est ab eo inlicitum. **M**arci vltimo. **P**rediccate euangelium omni creature. **S**ed scilicet aug. cu idem sit testis est mihi deus. quod iuro per deum. videtur apertius facere contra id quod dicitur. **M**at. 5. **E**go dico vobis non iurare omnino. **I**a. vltimo. **A**nte omnia autem fratres mei nolite iurare. **S**ed sicut dicit aug. libro contra manicheos. **I**n intellectus sacre scripture ex actibus sanctorum intelligitur. **I**dem enim spiritus quo sacre scripture sunt edite scdm illud. 2. **P**e. 1. **S**piritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. **S**anctos viros ad operandum inducit. **I**ntra 8. **Q**ui spiritu dei aguntur hij sunt filij dei. **E**x hoc ergo quod paulus iurasse inuenitur ostendit verbis domini et apostoli iacobi non sic esse intelligendum quasi iuramentum sit omnino illicitum. sed qz ad hoc homo niti debet vt quantum ex ipso iuramento non vtatur tanquam quodam bono et p se appetibili. tum ppter periculum quod imminet ex frequenti iuratione ne homo labatur in iurium ppter labilitatem humane lingue scdm illud ecc. 23. **I**urationi non assuecat os tuum nisi multi etc. **T**u etiam qz contra reuerentiam dei facere videtur qui ipse absque necessaria causa testem inducit **U**nde ecc. 23. **D**ominatio dei non sit assidua in ore tuo. **U**nde nec apostolus iurasse inuenitur nisi scribendo quando homo cum maiori deliberatione et cautela loquitur. **E**t autem quicquid necessarium iuramentum vt fides verbo dicentis adhibeatur quod quicquid utile est etiam ei qui audit. **E**t sic apertius iurat ppter utilitatem auditorum quibus erat utile vt ei crederent quasi non querens quod sibi utile est sed multis vt salui fierent. **U**nde quod dominus dicit. **M**at. 5. **Q**ui amplius est scilicet simplex verbum a malo est. non est intelligendum a malo eius qui iurat. sed eius qui extigit iuramentum. non quidem a malo culpe nisi in casu quando existimat quod eum a quo extigit iuramentum esse falsum iuraturum. tunc enim est graue peccatum. vt dicit aug. **S**ed intelligit esse a malo peccati scilicet ignorantia qua nescimus an sit verum quod dicitur nobis. **E**t tunc duplex modus iurandi. **U**nus quidem per simplicem attestationem sicut cum dicitur per deum. vel testis est mihi deus. et hoc modo apostolus iurat hic. **A**lius autem per creationem. quando scilicet aliquis imploret diuinum testimonium scdm aliquam penam sibi infligendam si mentitur scdm illud. ps. 7. **S**i reddidi retribuuntibus mihi mala etc. **E**t hoc etiam modo apostolus iurat. 2. **C**orinth. 1. **T**estem deum inuoco in animabus meis. **C**onsequenter ponit id supra quod eum testem inuocat dicens quod memoriam vestri facio semper in orationibus meis que sunt sine intermissione scilicet quia semper in orationibus suis pro eis orabat ppter utilitatem communem que ex earum conuersione pueniebat. 1. **R**egum. 12. **A**bstine hoc peccatum a me in domino vt cesset orare pro vobis. **Q**ui autem dicit **M**e. ve. facio dupliciter potest intelligi. **I**no modo sic **M**emoriam vestri habeo scdm illud ps. 21. **A**dhereat lingua mea faucibus meis si non meminero tui. **A**lio modo memoriam vestri facio scilicet coram deo qui respicit orationes humilium **E**t sic dum sancti p aliquibus orant quodammodo diuino aspectui pponuntur sicut et cetera sanctorum facta **U**nde tertij reg. 17. **D**ixit mulier ad heliam **I**ngressus es ad me vt res memorietur iniquitates mee. **Q**uasi illud sit in memoria et in oculis dei quod contra iustos agitur. **Q**ui autem dicit orationes sine intermissione se habere: cognuit et quod dicit. 2. **T**es. vltimo **S**ine intermissione orate. **E**t **L**uc. 18. **O**portet semper orare et nunquam deficere. **Q**ue quidem possunt intelligi tribus modis. **I**no modo quantum ad ipsum actum orandi. et sic semper vel sine intermissione orat qui statutis temporibus et horis orat. **A**ct. 3. **P**etrus et iohannes accedebant in templum ad horam orationis nona. **A**lio modo quantum ad finem orationis qui est vt intellectus noster ascendat in deum

Et sic tandem homo orat quod agit corde ore vel opere  
 ut in deum tendat. Et sic semper orat qui totam vitam suam  
 in deum ordinat. 1. corinth. 10. Sine manducatis sine bi-  
 bitis etc. Tertio quantum ad causam. dum enim aliquid agit  
 unde alij pro eo orant ipse orare videtur. ut patet in his qui  
 dant elemosinas pauperibus qui pro eis orant. Eccl. 29.  
 Conclude elemosinam in sinu pauperis etc. Sic ergo conti-  
 nuanda est littera gratias ago pro vobis quia bona vestra  
 reputo quasi mea quod patet ex hoc quod pro vobis oro sicut pro  
 meipso. Et deinde cum dicit. Obsecrans etc. Probat as-  
 sectum suum ex desiderio visitationis. Et primo ponit desi-  
 derium. Secundo propositum exequendi ibi. Puto autem vos igno-  
 rare etc. Circa primum duo facit. Primo ponit desiderij  
 signum. Secundo desiderij causam ibi. Desidero enim. Si-  
 gnum autem desiderij est oratio quam faciebat. ex hoc autem sig-  
 no ostenditur desiderium huiusmodi. primo quidem intellectu  
 per hoc quod dicit. Obsecrans etc. ob sacra contestans sicut  
 pro aliquo magno quod mea merita excedit. puer. 18. Cum  
 obsecrationibus loquitur pauper et dives effabiliter rigide. Sed  
 autem intense desideratur magnum desiderium videtur. Se-  
 cundo ostendit esse animum cuius dicit. si quomodo. quod enim an-  
 xie aliquis desiderat dicitur adipsi quocumque modo sine faci-  
 li sine laborioso. Phil. 1. Quid enim. ubi omni modo pre-  
 dicatur sine per occasionem sine per veritatem christi anuncietur  
 et in hoc gaudeo sed et gaudebo. Tertio ostendit esse vi-  
 turnam in hoc quod dicit. tandem aliquando scilicet post longa ve-  
 sideria. Iusti enim non ad horam sed perseveranter efficiunt  
 puer. 17. Omni tempore diligit quod alicuius est. Quarto osten-  
 dit esse rectum ex hoc quod est diuine voluntati conforme. In  
 subdit. propter iter habeam et hoc in voluntate dei. i. secundum  
 voluntatem eius secundum quam solum aliquid reputo propter  
 sicut et vobis dicit. Na. 26. Mea voluntas sed tua fiat.  
 Deinde cum dicit. desidero enim etc. ostendit desiderij  
 causam quod quidem est duplex. Una vilitas eorum qui erant vi-  
 sitandi. Unde dicit. Desidero enim videre vos. Phil. 1.  
 Cupio omnes vos esse in visceribus christi. Et hoc non in va-  
 num sicut est in amicitia seculari sed ut imitari. i. tradam  
 vobis aliquid gratie spiritualis. non tantum actor gratie sed sicut  
 minister. 1. corinth. 4. Sic nos existimet homo ut in mi-  
 nistro christi. Et hoc ad confirmandos vos scilicet in fide quam  
 suscepistis. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus confirma  
 fratres tuos. Impartitur autem gratia minister multipliciter  
 tum per administrationem sanctorum gratie. 1. pe. 4. Unusquisque se-  
 cut accepti gratiam in alterum illam amministrantes etc.  
 tum per hortationem sanctorum. Eph. 4. Omnis frater mas-  
 lus ex ore vestro non procedat. sed si quis bonus est ad edifica-  
 tionem fidei ut det gratiam audientibus. Secunda causa est mu-  
 tua consolatio quod consideratur in conuictu amicorum. In sub-  
 dit. Id est consolari in vobis. hoc est me videre vos et im-  
 partiri gratiam et me simul consolari cum vobis. per eam que in  
 vicem est fidei vestram atque meam. Ad mutuam enim conso-  
 lationem redit si vniuersim in fide reddamur. 2. corinth. 7.  
 Qui consolatur huiusmodi consolatus est nos deus in adue-  
 tu tui non solum etc. Deinde cum dicit. Puto autem vos  
 ignorare ne videatur esse vanum desiderium subdit propositum  
 prosequendi. Et primo proponit propositum. Secundo causam pro-  
 positum ibi. Et aliquid fructum. Tertio concludit propositum  
 propter veritatem ibi. Ita quod in me. Circa primum duo facit.  
 Primo ponit propositum. Secundo impedimentum ibi. Et prohibi-  
 tus sum etc. Dicit ergo primo. Non solum desidero vos vi-  
 dere. sed etiam propositum ad hoc operam dare et hoc nolo vos  
 fratres ignorare quia sepe propositum venire ad vos ut dilec-  
 tionem meam ostenderem non solum verbo et lingua sed etiam  
 opere et veritate. ut dicitur. Jo. 3. Secundo tangit obsta-  
 culum impediens eum ab isto propositum exequendo dicens  
 Prohibitus sum visis ad huc. et hoc vel a diabolo qui nititur  
 impedire predicationem ex qua prouenit salus hominum.

puer. 25. Ventus aquilo dissipat pluuiam id est doctrinas  
 predicatorum. Et etiam ab ipso fructum cuius numerum dispensant  
 itinera et verba. Job. 37. Nubes id est predicatorum spar-  
 gunt lumen suum que lustrant cuncta per circuitus quocumque  
 eas voluntas gubernantis duxerit. Unde et act. 16. Dic-  
 tur. Transientes autem frigidam et galatiam regionem vena-  
 ti sunt a spiritu sancto loqui. Et iterum. Tentabant ire in  
 bituniam et non permisit eos spiritus iesu. Atque autem horum  
 vult apostolus eos non ignorare propter eorum vilitatem ut  
 scilicet cognoscentes affectum apostoli deuotius eius verba  
 suscipiant et impedimentum visitationis eius imputet sue  
 culpe. et sic corrigatur. Nam in penas culpe dicitur ysa.  
 5. Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem.  
 Deinde ponit causam dupliciter propositum. quare prima est  
 vilitas. Unde dicit. Et aliquid fructum habeam in vobis  
 sicut in ceteris gentibus quibus scilicet et predicavi. quod po-  
 test dupliciter intelligi. Uno modo quasi dicat ut faciam  
 aliquem fructum in vobis per meam predicationem. Jo.  
 15. Et eratis et fructum afferatis. Alio modo quasi ex eorum  
 conuersione ei fructus accrescat. secundum illud. Jo. 4. Qui  
 mercedem accipit et fructum congregat in vita eter-  
 nam. Alia autem causa est debitum quod sibi imminerebat ex  
 suscepto officio. 1. corinth. 9. Si non euangelizauero ve-  
 nite est etc. Et quod vniuersale gentium apostolatum suscepit  
 omnibus se offerit debito. secundum illud. 1. corinth. 9. Cum  
 esset liber ex omnibus omnium me seruus facti. Et ideo du-  
 plicem diuersitatem ponit. Nam quidem secundum gentem cui di-  
 cit. Grecis ac barbaris. Dicitur autem aliquid barbarum dupli-  
 ter. Uno modo secundum quod scilicet est extraneus quod ad aliquid scilicet  
 extraneus a communitate hominum in quantum ratione non  
 regitur. Unde proprie barbari dicuntur quod ratione non regun-  
 tur secundum quod dicitur in macha. 15. Ne ita ferociter  
 ac barbare feceris id est inhumane. et quia greci fuerunt  
 primi legum inuatores. omnes gentes qui humanis le-  
 gibus reguntur notat grecos. De iudeis autem quod diuinitus les-  
 gibus regebantur mentionem non facit quod non erat institutus  
 apostolus iudeorum. sed gentium gal. 2. Ita ut illi in cir-  
 cumsione nos autem in gentibus. Ex utraque autem causa con-  
 cludit propter veritatem voluntatis cum subdit. Ita quod in  
 me id est quantum ad me primum dummodo altitudo non im-  
 pediat promptum est et vobis qui rome estis euangelizare  
 Exo. 35. Egredietur omnis multitudo filiorum israel de con-  
 spectu moysi et vultu meo promptissima atque deuota. Et  
 excludit impedimentum propter veritatem scilicet erubescitiam  
 propter quam multi ea premitunt quod alias facerent. pro-  
 pter et hoc est quod subdit. Non enim erubescit euangelizans quod  
 quidem infidelibus apud quosdam erubescibile videbat pro-  
 pter id quod dicit. 1. corinth. 1. Nos autem predicamus christum  
 crucifixum iudeis quidem scandalum. gentibus autem est ulti-  
 ciam. Non est autem secundum rei veritatem erubescendum propter  
 id quod sequitur. Ipsi autem vocatis iudeis atque gentibus  
 christum dei virtutem et dei sapientiam. Unde dicitur Luc. 9.  
 Qui erubuerit me et meos sermones. hunc filium hominis  
 erubescet. Et inde est quod baptizati linuntur crismate in fro-  
 te signo crucis ubi est sedes verecundie ne scilicet euangeli-  
 gelium erubescant.

## Lectio sexta.

**V**irtus enim dei est in salute om-  
 ni credenti: iudeo primum et gre-  
 co. Iusticia enim dei in eo reuelatur  
 ex fide in fidem: sicut scriptum est: Iu-  
 stus autem ex fide viuunt. Reuelatur enim ira  
 dei de celo super omnem impietatem et ini-



## Ad Romanos

sticiam hominum eorum qui veritatem dei in iniusticia detinet: quia quod notum est dei: manifestum est in illis Deus enim illis manifestavit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus et diuinitas.

Postquam apostolus romanos fideles quibus scribebat sibi beniuolos reddidit ostendendo affectum suum ad eos: hic incipit instruere eos de hijs que pertinent ad euangelicam doctrinam in qua se segregatum predixerat. Et primo ostendit virtutem euangelice gratie. Secundo exhortat ad executionem operum huius gratie. xij. capitulo ibi. Obsecro itaque. Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum ibi. Reuelatur enim. Circa primum tria facit. Primo proponit virtutem euangelice gratie. Secundo exponit ibi. Iusticia enim. Tertio expositionem confirmat ibi. Sicut scriptum est. Dicit ergo primo. Ideo euangelium non erubescit quia quousque ut dicitur. i. cor. i. Verbum crucis peruersibus quibus stulticia sit nobis tamen virtus dei est. Virtus enim dei est. quod potest intelligi. Uno modo quia virtus dei in euangelio manifestat secundum illud ps. cx. Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Alio modo quia ipsum euangelium in se dei virtutem continet. secundum illud ps. 67. Habit voci sue vocem virtutis. Circa quam virtutem tria sunt consideranda. Primo quidem ad quid se ista virtus extendat. et hoc designat cum subditur. In salutem. Ja. i. In mansuetudine suscipite infinitum verbum quod saluare potest animas vestras. Quod quidem fit tripliciter. Uno modo in quantum per verbum euangelij remittuntur peccata. Jo. 15. Jam mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Secundo in quantum per euangelium homo consequitur gratiam sanctificantem. Jo. 17. Sanctifica eos in veritate. sermo tuus veritas est. Tertio in quantum perducit ad vitam eternam. Jo. 6. Verba vite eterne habes. Secundo per quem modum euangelium salutem conferat quia tripliciter. Primo per fidem. Mar. ultimo. Predicate euangelium omni creature. qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Secundo per confessionem. Infra. ca. x. Omnis confessio fit ad salutem. Tertio per scripturam. Unde etiam verba euangelij scripta virtutem salutiferam habent. sicut beatus Barnabas infirmos curabat euangelium supponendo. Cauende sunt tamen supstitutiones characterum quia hoc est supstitiosum. Unde Eze. 9. Illi saluati sunt in quorum frontibus est scriptum tau. quod est signum crucis. Tertio quibus euangelium sit in salutem quia tam iudeis quam gentibus. Non enim iudeorum tantum deus est sed et gentium. Infra. 3. Et ideo subdit. Iudeo primum et greco. Per grecum omnem gentilem intelligens eo quod a grecis gentiliu sapientia est exorta. Sed cum infra 10. dicat. Non est distinctio iudei et greci quomodo hic iudeo primum. Dicendum est ergo quantum ad salutis finem considerande non est distinctio inter eos. Equalis enim confessio mercedem virtutis sicut pro labore etiam in vinea priorum et posteriorum eundem denarium acceperunt: ut dicitur Mat. 20. Sed quantum ad ordinem salutis iudei sunt primi quia eis promissiones sunt facte. ut infra. 15. Et in eorum gratiam sunt gentiles assumpti ac si ramus oleastri inseratur in bona oliuam. ut infra. 11. Ex eis etiam saluator natus est. Jo. 4. Salus ex iudeis est. Exponit communiter quomodo euangelium sit in salutem cum dicit. Iusticia enim dei reuelata in eo per fidem in fide. quod quidem dupliciter potest intelligi. Uno modo de iustitia que deus iustus est secundum illud ps. 10. Iustus dominus est iusticiam dilexit. Et secundum hoc sensus est quod iusticia dei que seculis iustus est seruans

do promissa: in eo reuelatur scilicet in homine credente euangelio quia credit deus implese quod promissit de christo mittendo. et hoc ex fide seculi dei promittentis. ps. cxxliij. Fideles dominus in omnibus verbis suis. In fidem seculi homines creditis. Vel alio modo ut intelligatur de iusticia dei que deus homines iustificat. Nam iusticia hominum dicitur quo se homines proprijs viribus iustificare presumunt. Infra. 10. Ignorantes dei iusticia et suam querentes statuerunt iusticie dei non sunt subiecti. Que quidem iusticia reuelatur in euangelio in quantum per fidem euangelij homines iustificatur secundu quod dicitur tempus. Unde subdit. Ex fide in fidem. i. ex fide veteris testamenti procedendo in fidem noui testamenti. quod ab utroque homines iustificatur et saluantur per fidem christi: qui eadem fide crediderunt venturum qua nos credimus venisse. Et ideo dicitur. Unde subdit. Habentes eandem spem fidei credimus propter quod loquimur. Vel potest intelligi ex fide predicato in fidem auditorum. Infra. xj. Quomodo credet ei quem non audierit. Vel ex fide vni articuli in fidem alterius quia ad iustificationem requiritur omnium articulozum fides. Apoc. 1. Beatus qui legit et audit verba prophetie huius scilicet omnia non vnum tantum. Alio modo potest intelligi ex fide presenti in fidem futuram id est in plena visionem dei que quidem dicitur fides ratione certe et firme cognitionis. i. corinth. 13. Quis demus nunc per speculum in enigmate. tunc autem facie ad faciem. Probat autem hanc expositionem cum subdit. Sicut scriptum est. Iustus autem meus ex fide viuunt. Quod quidem accipitur secundum litteram. lxx. Nam in littera nostra que est seculi hebraicam veritatem dicitur. Iustus ex fide sua viuunt. Dicit autem meus seculi a me iustificatus et apud me iustus reputatus. Infra 4. Si autem abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit. Credidit abraham deo et reputatum est ei ad iusticiam. Unde ex hoc subditur. Ex fide viuunt seculi vita gratie. Sal. 2. Qui autem nunc viuunt in carne. in fide viuunt filij dei. Quattuor autem hic considerare oportet circa fidem. Primum quidem quod sit fides. Imponat enim assensum quendam cum certitudine ad id quod non videtur ex voluntate. quia nullus credit nisi volens ut aug. dicit. Et secundum hoc differat a dubitante qui in neutram partem assentit. Differat etiam ab opinante qui assentit in vnam partem non cum certitudine sed cum formidine alterius. Differat etiam a sciente qui per certitudinem assentit ex necessitate rationis. Et secundum hoc fides est media infra scientiam et opinionem. Secundo considerandum est an fides sit virtus. et manifestum est quod non est virtus si accipiat per eo quod creditur seculi illis. Fides catholica hec est vni deum in trinitate. Si autem accipiat per habitum quo credimus. sic quousque est virtus quousque non. Est enim virtus principium actus perfecti. Accipit autem ex duobus principijs dependens non potest esse perfectus si alteri principio desit sua perfectio. sicut edificatio non potest esse perfecta si vel equus non bene vadat: vel fessor equum ducere nesciat. Actus autem fidei que est credere dependet ex intellectu et voluntate mouente intellectum ad assensum. Unde actus fidei erit perfectus si voluntas perfectatur per habitum caritatis: et intellectus per habitum fidei. non autem si habitus caritatis desit. et ideo fides formata caritate est virtus. non autem fides informis. Tertio considerandum est quod idem numero habitus fidei qui sine caritate erat informis adueniente caritate fit virtus quia cum caritas sit extra essentiam fidei per eius aduentum vel recessum non mutat substantiam eius. Quarto considerandum est quod sicut corpus viuunt per animam naturali vitata anima viuunt per deum vita gratie. Primum autem deus animam inhabitat per fidem. Ephe. 3. Habitare christum per fidem in cordibus vestris. nec tamen est perfecta habitatio nisi fides per caritatem sit formata que per vinculum perfectionis nos vnit deo ut dicit col. 3. Et ideo quod hic dicitur

cit. *Ex fide uiuit*, intelligendū est de fide formata. **¶** *De* inde cum dicit, *Reuelatur enī ira dei* probat qd dixerat scilicet virtutē euāgelice gratie esse omnibus hominib⁹ in salutem. *Et primo ostendit qd est necessaria ad salutē* **¶** *Secūdo qd est efficax siue sufficiens*. 5. capitulo ibi. *Iustificari igitur ex fide*. Circa primum duo facit. *Primo ostendit virtutem euāgelice gratie fuisse necessariam ad salutem gentibus*, quia scz sapiētia de q̄ confidebant saluare eos non potuit. *Secūdo ostendit qd fuit necessaria iudeis*, qz scz circūcisio et lex et alia in quibus confidebant eis salutem non attulerunt secūdo caplo ibi. *Propter qd inexcusabilis es*. Circa primum duo facit. *primo pponit qd in terdit*. *Secūdo manifestat ppositū ibi*. Quia qd notum est dei *Propōnit autē tria*. *Primo quidē penā dicens*, *recte dico qd in eo iusticia dei reuelatur*. *Reuelatur enī in eo ira dei*. id ē vindicta ipsius q̄ dicitur ira dei scdm similitudinē hōim irascentium qui vindictam querūt. tamen deus vindictā in fert ex animi tranquillitate. *Sap. 12*. *Tu autē dominator noster cum tranquillitate iudicas*. *Et de hac ira dei dicitur Job. 3*. *Qui incredulus ē filio nō videbit vitā*. sed ira dei manet super eū. *Hoc autē dicit qz quidam philosophi dicebāt a deo non esse penas peccatorum contra id qd dicitur in ps. xciiij*. *Qui corripit gētes nō arguet*. *Unde additur*. *De celo qz credebāt circa celestia eius pudentiā occupari ita qd ad res terrenas non se extenderet*. *Job. 22*. *Circa cardines celi pambular nec nostra considerat*. *Sed sicut etiam in ps. cij*. *dicit De celo in terrā pspexit*. *Uel dicitur de celo eorū iniquitatem demonstrare qz maxime ex magnitudine celi creatoris virtutem intelligere debuerūt*. *Job. 20*. *Reuelabūt celi iniquitatem eius*. *Uel de celo venturi ad iudiciū*. *Act. primo*. *Quādmōdum vidistis eum ascendentē in celū ita veniet*. *Secūdo ponit culpā p qua pena infligitur*. *Et primo quidem que contra deum cōmittitur cum subdit*. *Super omnē impietate*. *Sicut enim pietas dicit cultus q̄ deo exhibet tanq̄ sumo parēti*. ita impietas dicit peccatum qd est cōtra cultū diuinum *1. p. 18*. *Impietas impij sup eum erit*. *Secūdo ponit culpā q̄ cōmittitur in homine cum dicit*. *Et iniusticia*. *Nam et iusticia est p quā homines inuicem ratiōe cōueniunt et comunicāt*. *Job. 35*. *Si lūm hominis adiuuabit iusticia tua*. *Tertio ponit cognitionē quā de eo habuerūt cum subdit*. *Hominum corū qui veritatē dei id est verā de deo cognitionem detinent in iniustitia q̄si captiuatā*. *Nam vera dei cognitio q̄ntū ē de se inducit hoies ad bonum*. sed ligatur q̄si captiuitate detenta p iniusticie affectū p quā vt in ps. xij. dicitur *Di minute sunt veritates a filijs hominū*. **¶** *Deinde cum dicit Quia quod notū est*. manifestat ppositum. ordine tamen retrogrado. *Primo enim consentit qd sapientes gētilium de deo cognouerūt veritates*. *Secūdo ostendit qd in eis impietas et iniusticia fuerit ibi*. *Ita vt sint inexcusabiles*. *Tertio qd iram dei incurrerūt ibi*. *Qui cum iusticiā dei*. *Circa primum tria facit*. *Primo ostendit quid de deo cognouerunt*. *Secūdo ostendit a quo huiusmodi cognitionem acceperūt ibi*. *Deus enim illis*. *Tertio ostendit p quem modum ibi*. *Inuisibilia enim*. *Dicit ergo primo recte dico qd veritatem dei detinuerunt*. *Fuit enī in eis q̄ntū ad aliquid vera dei cognitio qz qd notū est dei id est qd cognoscibile est de deo ab homine p ratiōe manifestum est in illis*. *i. manifestū est eis ex eo qd in illis est*. *i. ex lumine intrinseco*. **¶** *Sciendū est ergo qd aliqd circa deum est oīo ignotum homini in hac vita*. *s. quid est deo* *Unde et paulus inuenit athenis aram inscriptaz ignoro deo*. *Et hoc ideo quia cognitio hominis incipit ab his q̄ sunt ei cōnaturalia*. *s. a sensibilibus creaturis q̄ nō sūt pportionate ad representandā diuinā essentiam* *Potest tamen homo ex huiusmodi creaturis deum tripliciter co*

gnoscere. vt dionysius dicit in libro de diuinis nominib⁹ **¶** *Ano quidē modo p causalitatem*. quia enī huiusmodi creature sunt defectibiles et mutabiles necesse est eas reducere ad aliquod principū immobile et perfectū et scz hoc cognoscitur de deo an est. *Secūdo per viam excellētie*. *Non enim reducūt oīa in primū principū sicut in propriam causam et vniocā p vt homo hominem generat sed sicut in causam cōmunē et excedentē*. et ex hoc qd est super oīa. *Tertio per viam negationis qz si est causa excedens nihil eorum que sunt in creaturis potest ei cōpetere*. sicut etiam neqz corpus celeste pprie dicitur graue vel leue aut caldum aut frigidum. *Et scdm hoc dicitur deum inmobilem et infinitum et si quid aliud huiusmodi dicitur huiusmodi autem cognitionē habuerūt plūm rationis*. *ps. 4*. *Muli dicunt quis ostendit nobis bona signatuz est sup nos lumē vultus tui domine*. **¶** *Deinde cum dicit*. *Deus enim illis manifestauit*. ostendit a quo actore huiusmodi cognitio eis fuerit manifestata: et dicit qd deus illis manifestauit secūdm illud *Job. 35*. *Docet nos super iumenta terre*. *Ubi considerandum est qd vnus homo alteri manifestat explicando cōceptum suū p aliq̄ signa exteriora*. puta per vocem vel scripturam. *Deus autem dupliciter aliquid homini manifestat* *Ano modo infundendo lumen interius per qd homo cognoscit*. *ps. 42*. *Emitte lucem tuā et veritatem tuā*. *Alio modo pponendo sue sapientie signa exteriora*. *s. sensibiles creaturas*. *Eccl. 1*. *Edidit illam scilicet sapientiā super oīa opera sua*. *Sic ergo deus illis manifestauit vel interius infundēdo lumen vel exterius pponendo visibiles creaturas in quibus sicut in quodā libro dei cognitio legere* **¶** *Deinde cum dicit*. *Inuisibilia enim dei*. ostendit per quē modū huiusmodi cognitionē acceperunt. *Ubi primo considerandum est que sint ista que de deo cognouerunt*. *Et ponit tria*. *Primo quidem inuisibilia ipsius per que intelligitur dei essentia que sicut dicitur est a nobis videri non potest*. *Job. 1*. *Deum nemo vidit vnq̄ scz per essentiam vita mortali viuens*. *1. thi. 1*. *Regi seculorū immortalis inuisibili*. *Dicit autēz pluraliter inuisibilia qz dei essentia non est nobis cognita scdm illud qd est scilicet put in se est vna*. *Sic erit nobis in p̄ria cognita*. et tunc erit dominus vnus et nō ē eius vnū. vt dicit zach. vltimo. *Est autē manifesta nobis p quasdam similitudines in creaturis reatas q̄ id qd in deo vnū est multipliciter participant et fm hoc intellectus nō considerat vnitate diuine essentie sua ratiōe bonitatis. sapientie. virtutis et huiusmodi que in deo vnū sunt*. *Hec ergo inuisibilia dei dicitur*. quia illud vnū quod his nominibus seu ratiōib⁹ in deo respondet nō nō videtur a nobis. *Heb. 11*. *Et ex inuisibilibus inuisibilia fierent*. *Aliud autē qd de deo cognoscitur est virtus ipsius secundum quam res ab eo pcedunt sicut a principio ps. cxiij*. *Magnus dñs et magna virtus eius* *Hanc ergo virtutem philosophi ppetuaz esse cognouerunt* *Unde dicitur*. *Sempiterna quoqz virtus eius*. *Tertium cognituz est quod dicit*. *Et diuinitas ad quod pertinet qd cognouerunt deum sicut vltimum finem in quem omnia tendunt*. *diuinum enim bonum dicitur bonum cōmune quod ab omnibus participatur*. *pp hoc potius dicit diuinitatem que participationem significat qd deitatem que significat essentiam dei*. *col. primo capitulo* *Et in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis* *Hec autē referunt ad tres modos cognoscēdi supradictos* *Hā inuisibilia dei cognoscūtur per viam negatiōis*. *semperpiterna virtus per viā causalitatis*. *diuinitas p viā excellētie*. **¶** *Secūdo considerandū est p qd mediū illa cognouerunt qd designat eū dicit*. *Per ea q̄ facta sunt*. sicut enim ars manifestat p artificis opa. ita et dei sapiētia manifestatur p creaturas. *Sap. 13*. *Magnitudie enim speciei*

## Ad Romanos

et creature cognoscibiliter poterit creator horum videri. Tertio ostendit quomodo per ista cognoscatur deus cum dicit. Intellecta conspiciunt. Intellectu enim cognoscere potest deus non sensu vel ymaginatio: quod corporalia non transcedunt. deus autem spiritus est ut Job. 4. dicit. Psal. 52. Ecce intellectus liget finis meus. Quarto potest designari a quo per hunc modum deus cognoscatur cum dicitur. A creatura mundi. quod vno modo potest intelligi homo. Nam. ultimo predicare euangelium omni creature vel per excellentiam hominis quod ordine nature minor est angelis sed excellit inter inferiores creaturas. secundum illud. psal. 8. Dimisti eum paulominus ab angelis. omnia subiecisti sub pedibus eius oves et boues. etc. Et quod comunicat cum omni creatura. habet enim esse cum lapidibus. vivere cum arboribus. sentire cum animalibus. intelligere cum angelis ut gregorius dicit. Alio modo potest intelligi de vniuersali creatura. Nulla enim creatura ex propriis naturalibus potest dei essentiam in seipso videre. Unde et de seraphin dicit psal. 6. quod duabus alis velabant caput sed sicut homo intelligit deum per creaturas visibiles ita angelus per hoc quod intelligit propriam essentiam. Potest autem aliter intelligi per creaturam mundi non ipsa res creata. sed rerum creatio. ac si viceret a creatione mundi. et tunc potest dupliciter dinari. Vno modo quod intelligat quod inuisibilia dei intelligit per ea que facta sunt a creatione mundi. non solum per ea que facta sunt tempore gratie. Alio modo quod intelligat quod a creatura mundi homines incepterunt deum cognoscere per ea que facta sunt. Job. 26. Omnes homines vident eum. Glo. autem dicit quod inuisibilia dei intelligit persona patris secundum illud. 1. thi. vltio. Quod nullus hominum vidit. etc. Per sempiternam Veritatem persona filij. secundum illud. 1. cor. 1. Spiritus dei dicitur. Per diuinitatem persona spiritus sancti cui a propria bonitas. non quod philosophi ductu rationis potuerunt peruenire per ea que facta sunt in cognitiones personarum quantum ad propria que non significant habitum diuine cause ad creaturas sed secundum appropriata. Dicitur tamen defecisse intellecto signo. id est in spiritu sancto. quod non potuerunt aliquid respondere spiritui sancto. sicut posuerunt aliquid respondere patri. scilicet ipsum primum principium. et aliquid respondere filio secundum primam mentem creatam quam vocabant paternum intellectum. ut Macrobius dicit in libro super sonum seipsum.

### Lectio septima.

**I**ta ut sint inexcusabiles quia cum cognouissent deum: non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt sed euauerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipientis cor eorum. Dicentes enim se sapientes esse stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriā incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: et volucrum et quadrupedum et serpentium propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum: in imundiciam: ut contumelios afficiat corpora sua in semetipsis. Quia commutauerunt veritatem dei in mendacium: et coluerunt et seruierunt creature potius quam creatori: qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Postquam apostolus ostendit veritatem dei fuisse a gentibus cognitam. hic ostendit eos fuisse obnoxios culpe impietatis et iniusticie. Et primo ostendit hoc quantum ad culpam impietatis. Secundo quantum ad culpam iniusticie ibi. Et sicut non probauerunt deum. etc. Posset autem aliquid credere eos culpa impietatis excusari per ignorantiam sicut apertius de se dicit infra 1. thi. 1. Misericordia consequutus sum quia ignorans se-

ci. Primo ergo ostendit gentiles non esse excusabiles. Secundo ponit eorum culpam ibi. Et mutauerunt gloriam. Circa primum considerandum est quod tunc ignorantia culpa excusatur quam sic procedit et causatur culpa que non causatur a culpa sicut cum aliquis adhibita diligentia debita. dum credit percutere hostem percutit patrem. Si vero ignorantia causaretur ex culpa non potest subsequenter culpa ignorantia excusare. Unde si quis per ebrietatem homicidium committit non excusatur ex culpa quod peccauit se inebriando. Unde secundum philosophum meretur duplices multationes. Primo igitur proponit quod intendit dicere. Ita quod est dei notum est eis ut sint inexcusabiles. id est ut per ignorantiam excusari non possint. Jac. 4. Scienti bonum et non operanti peccatum est illi. Infra secundo per quod inexcusabilis est. Secundo ibi. Quia cum cognouissent etc. probat quod dixerat. et primo ostendit quod prima eorum culpa ex ignorantia non processit. secundo quod ex hac culpa est ignorantia subsecuta ibi. Sed euauerunt. Quia autem prima eorum culpa non fuerit ex ignorantia ostendit per hoc quod dei cognitionem habentes ea non sunt vni ad bonum. Duplex autem deus cognouerunt. vno modo sicut omnibus supereminente. et sic ei debebatur gloria et honor que superexcellenter debent. isti ideo dicuntur inexcusabiles. quod cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt. vel quia ei debitum cultum non impendunt. vel quod eius virtuti et scientie terminum imposuerunt. aliqua potentie et scientie subtrahentes contra id quod dicitur. Eccl. 43. Glorificantes vnum quantumcumque poteritis. Secundo cognouerunt eum sicut omnium bonorum causam vni ei in omnibus gratiarum actio debebat. quam tamen isti non impendebat sed potius suo ingenio et virtuti sue bona sua ascribebant. Unde subdit. Gratias non egerunt. scilicet deo. 1. thi. vltio. In omnibus gratias agite. Deinde cum dicit. Sed euauerunt. ostendit quod in eis ex culpa est ignorantia subsecuta. et primo ponit intentionem. sed manifestat propositum ibi. Dicentes. primo ergo proponit culpam que est ignorantie causa cum dicit. Euauerunt vanum enim dicit quod non habet stabilitatem seu firmitatem. solus autem deus de se est immutabilis. Mal. 3. Ego deus et non mutor. Et tunc solum mens humana est a vanitate libera quando deo innitit. cum autem permissio deo innitit cuiusque creature incurrit vanitatem. Sap. 13. Vanus sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei etc. psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum quantum vane sunt. In cogitationibus suis euauerunt in quantum in seipsis et non in deo fiduciam habebant sibi et non deo bona sua ascribebant. secundum illud. psal. 138. Vanitas nostra etc. Secundo ponit ignorantiam subsecutam dicens. Et obscuratum est. id est per hoc quod obscuratum est. factum est cor eorum insipientis. id est lumine sapientie priuatum per quam homo vere deum cognoscit. Sicut enim qui oculos corporales a sole materiali auertit obscuritatem corporalem incurrit ita ille qui a deo auertit de seipso presumens et non de deo spiritualiter obscuratur. puer. 13. Vbi humilitas per quam. scilicet homo se deo subijcit. ibi. sapientia. vbi superbia. ibi contumelia. Mal. 13. Abscondisti hec a sapientibus secundum quod. scilicet eis videbatur. et reuelasti ea paruulis. id est humilibus. et de his habet eph. 4. Stetes ambulat in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum. Deinde cum dicit. Dicentes. exponit quod dixerat et primo aliter in cogitationibus suis euauerunt cum dicit. dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Dicentes id est sapientias sibi a seipsis ascribebant. psal. 5. Ne qui sapientes estis in oculis vestris. psal. 119. Quomodo dicetis pharaoni filius sapientium ego filius regum antiquorum etc. Secundo exponit quod dixerat et obscuratum est insipientis cor. cum dicit stulti facti sunt quasi contra diuinam sapientiam agentes. Je. 10. Stultus factus est omnis homo a scientia sua de qua. scilicet presumebat. Deinde cum dicit. Et mutauerunt gloriam. ponit peccatum impietatis gentiliu. Et primo quantum ad hoc quod peccauerunt contra gloriam dei. Secundo quantum ad hoc quod peccauerunt contra veritatem nature

ipſi ibi. q̄ cōmutauerūt veritatē. Circa primū duo faciūt. primo ponit impietatis culpā. sc̄do penā ibi. p̄pter q̄d tradidit. Culpa q̄dē eorū fuit q̄ q̄ntū in ipſis erat honorē diuini in aliū trāstulerūt. fm̄ illud **1. Pe.** 2. Populus meus mutauit gloriā suā in ydolū. **Primo** ergo ponit id quod mutauerūt. sc̄do id in quod mutauerūt ibi. In similitudinē. Circa primū tria sunt artēdēda ex parte dei. **Primo** q̄dem ipſius gloriā quā tangit dicens. **Et** mutauerūt gloriā. q̄d potest intelligi dupl̄. **Uno** modo de gloriā qua homo deū gloriſicat. ei cultuz latrīe exhibendo. **1. thi. 1.** Soli deo honor. **Hanc** igitur mutauerūt cum cultuz deo debitum exhibuerunt alijs. **Alio** modo potest intelligi de gloriā qua deus in se gloriſius ē q̄ est incōprehensibilis et infinita. **puer. 25.** Perſerutato: maiestatis opprimetur a gloriā. **Que** q̄dē gloriā nihil aliud ē q̄ ipſa claritas diuine nature. **Lucē** em̄ habitat inaccessibilē. **1. thi. vltimo** **Hanc** autē mutauerūt dum eā alijs attribuerunt. **Incōmunicabile** em̄ nomē lignis et lapidib⁹ impoſuerūt. **vt dicit sap. 14.** Sc̄do notatur incorruptibilitas cū dicit. **Incorruptibilis**. ipse enī solus p̄fecte incorruptibilis est q̄ oīno immutabilis. **Omnis** em̄ mutatio q̄daz corruptio ē. **Unde** dicit. **1. thi. vltimo.** Solus habet immortalitatem. **Tertio** notatur nature sublimitas cum dicitur dei. **vt enim in ps. 47.** dicitur. **Deus** magnus dñs. **Ex** parte vero eius in q̄d mutauerūt. tria correspondētia ponunt. **Pr̄** contra gloriā dicit. **In** similitudinē ymaginis id est in similitudinē alicui⁹ rei p̄ modū imaginis ab aliquo exp̄ſe. **Manifestum** enim est q̄ similitudo ymaginis est posterior: illa re cuius est ymago. gloriā autē siue claritas dei ē principii⁹ oīs speciei et forme. **Et** sic q̄ dei gl̄iā in similitudinē ymaginis mutāt cōuertunt primū in vltimū. **Sap. 14.** **Ac**erbō luctu dolens p̄ cito sibi rapti filij fecit ymaginē. **Contra** id q̄d dixerat incorruptibilis. dicit corruptibilis **ps. 29.** **Que** utilitas in sanguine meo dū descendo in corruptionem sc̄z q̄d est ampli⁹ iaz corruptū siue mortuum. **sap. 15.** **Cum** sit mortalis mortuū fingit manibus iniquis. **Cōtra** id q̄d dicit. dei. ponit hoīs. **Job. 32.** **Nō** accipiam p̄sonam viri et deum hoī non eq̄bo. **Et** q̄d est abhominabilis homo gloriā dei trāstulit non solum in hominem: qui est ad ymaginē dei. sed etiā ad ea q̄ sunt infra hominē. **Unde** subdit. **Et** volucrū q̄tum ad volatilia. **Et** q̄drupe dum q̄ntuz ad gressibilia. **Et** serpentū q̄ntū ad reptilia. **Pr̄**termittit autē pisces tanq̄ magis ab humana cōuersatione seūctos. **Hec** autē omnia sunt a deo hoī supposita **ps. 8.** **Omnia** subiecisti sub pedibus ei⁹. **Exe. 8.** **Ingre**dere et vide abhōsationes pessimas quas isti faciunt hic. et ingressus vidi et ecce omnis similitudo reptiliū et animalū. **Est** autē notādum q̄ sicut dicit glo. ab aduentu enee cōsueuerūt in yralia ymagines hominuz colī. puta **Iouis.** **Herculis** et similituz. **Sed** tēpore cesaris augusti deuicta egipto eorū cultū romanī assumpserūt: q̄ ymagines animalū colebāt p̄pter figuras animalū q̄ notātur in celo. q̄bus tanq̄ astrologie dediti cultū diuinitatis impēdebāt. **Unde** et dñs filios israel in egipto nutritos ab huiusmodi cultu remouet dicens. **deu. 4.** **Ne** forte oculis eleuatis in celum videas solē et lunā et oīa astra celi. **De**inde cū dicit. **Propter** q̄d tradidit: ponit penā huiusmodi culpe correspondētē. **Circa** q̄d cōsiderādū est q̄ homo mediū locū obtinet inter deum et aīalia bruta et cū vtroq̄ extremoz cōmunicat. cum deo q̄dem sc̄dm naturā intellectualitatē. cū aīalibus vero brutis fm̄ sensualitatē. **Sicut** igitē homo id q̄d ē dei mutauit vsq̄ ad bestias: ita deus id q̄d est diuinū in homine sc̄dm rationes subdit et q̄d est brutale in ipſo sc̄z desiderio sensualitatis. sc̄dm illud. **ps. 48.** **Homo** cū in honore esset. sc̄z diuine ymaginis p̄pter rationē cōparatus est iumentis insipientibus.

**Hoc** est q̄ dicit. p̄pter q̄d tradidit illos deus in desideria cordis vt eorū ratio subderēt desiderijs id ē sensualis affectus. de quibus dicitur inſr a. 13. **Carnis** curam ne feceritis in desiderijs. **Ad** q̄dem est cōtra naturalem ordinē hoīs fm̄ q̄ ratio appetitui sensibili dñatur. **Sc̄d.** 4. **Sub** te erit appetitus ei⁹: et tu dñaberis illius. **Indu**cit ergo homines in desideria cordis eoruz sicut in manū dñoz crudelium. **ysa. 12.** **Radam** egiptum in manū dñoz minorū crudeliū. **Pr̄**ecipue tamen circa appetitū sensitiuum bestialis quedam deordinatio prinēt ad peccata carnalia. **Hanc** delectationes tactus circa quas sunt gula et luxuria manifeste sunt cōmunes nob̄ et brutis. **Et** ideo sūt magis exprobrabiles q̄t magis brutales. **vt** dicit ph̄s in tertio ethicoz. **Et** hoc designat cū subdit **In** immundiciā q̄ ad pctā carnalia prinēt sc̄dm illud **ep̄b. 5.** **Dis** fornicator aut immūds. q̄ sc̄z homo p̄ huiusmodi pctā maxime conuertit et trahitur ad id q̄d est infra ipſum. vniq̄q̄ enim dicitur esse impurū siue immundū ex cōiūctione vilioris sicut argentum ex cōiūctione plūbi. **Unde** exponēs subdit. **Et** cōtūmelia id est turpibus et immundis actibus: afficiant id est inficiant. **Corpora** sua in semetipſis id est non quasi ab alijs coacti. puta a barbaris. sed a semetipſis hoc agunt p̄pria sponte infra nono. **Aut** nō habet potestātē figulus luti ex eodez luto facere aliud vas in bonozem. aliud in contumeliā id est in turpē vsū. **Sed** cum huiusmodi immundicia sit peccatum. videtur q̄ de? in eam homines non tradat. quia vt dicitur. **jac. 1.** **De?** intemptator malozum est. **Dicendum** est q̄ deus non dicitur tradere homines in immundiciā directe inclinādo affectum hominis ad malum. quia deus ordinat in seipſum. **puer. 16.** **Uniuersa** propter se operatus est domin⁹ peccatum autem est aliquid per auersionem ab eo. **Sed** indirecte tradit homines in peccatum inquantū subtrahit gratiaz: per quam homines continebantur ne peccarent. sicut si aliquis alicuius sustentaculuz tolleret dicere tur faceret casum eius. **Et** per hunc modum primuz peccatum est causa sequentis peccati. sequens vero est pena prioris. **Ad** cuius euidentiam sciendum est q̄ vnū peccatum potest esse causa alterius indirecte et directe. **Directe** quidem inquantū ex vno peccato inclinatur ad aliud quod fit tripliciter. **Uno** modo sc̄cūdm rationem cause finalis: sicut cum quis ex auaricia incitatur ad homicidiū committēdū. sc̄cūdm fm̄ rationē cause materialis. sicut gula inducit ad luxuriam ministrando materiā. **Tertio** secundum rationem cause mouentis. sicut cum ex multis actibus alicuius peccati generatur habitus ad simile peccatum inducens. **Indirecte** autem sicut primū peccatum meretur exclusionem gratie: qua subtracta hominuit in aliud peccatum. **Et** sic primū peccatuz est causa secūdi indirecte siue per accidens sicut remouens prohibens. **Sed** notandū est q̄ peccatum inquantū huiusmodi non potest esse pena. quia penam contra voluntatem patimur. peccatū autem est voluntarium vt **Augu.** dicit. sed quia peccatum habet quedam adiuncta que sūt contra voluntatem peccantis. ratione eorū peccatum dicitur pena precedentis peccati. **Hoc** autē est vno modo aliquid precedentis ad peccatū sicut subtractio gratie ex q̄ sequitur vt homo peccet. **Alio** modo est aliquid adiunctum ipsi peccato vel interius sicut est inordinatio animi. **Unde** augu. dicit in primo cōfess. **Iussisti** domine et sic est vt pena sibi sit oīs inordinat⁹ animi. siue q̄ntū ad exteriores act⁹ quib⁹ difficultates et labores adiūgunt. fm̄ illud q̄d dicit impij **Sap. 5.** **Ambulaui**⁹ vias difficiles. **Tercio** q̄ntū ad id q̄d sequit̄ pctū: sic ē remoz⁹ cōfictie infamia et similia. **De**inde cū dicit. **Cōmutauerūt** et. ponit culpā impietatis quā cōmiserunt p̄ xitātē diuine nature.

## Ad Romanos

Et primo ponit culpā. scđo penā ibi. Propterea tradidit. Diuina aut natura pōt p̄siderari dupl̄r. Uno mō q̄ est ratio cognoscēdi vt veritas p̄ma. et q̄tū ad hoc dicit. Qui cōmutauerūt veritatē dei in mendaciū. qđ quidē pōt itel ligi dupl̄r. Uno mō q̄ verā cognitionē quā a deo acceperūt p̄uersa rōne ad falsa dogmata p̄uerterūt. sicut cū dixerunt ydola esse deos. vel deū nō esse oipotentē vel oiscientem. **Je. 2.** Docuerūt linguas suas loq̄ mendaciū. Alio modo veritatē dei in mendaciū mutauerūt q̄ diuinitatis naturā q̄ est ipsa veritas attribuerūt ydolo qđ est mē daciū in q̄tum nō est de⁹. vt dicit **Je. 16.** Vere mendacium possederūt patres nostri: vanitatē que eis nō p̄fuit. Num quid faciet homo sibi deos. et ipsi nō sunt dii. Alio modo potest cōsiderari diuina natura scđo q̄ est principiu essendi oib⁹ per creationē et sic debet ei ab homine interi⁹ q̄dem cultus scđm plium affectū. **Jo. 9.** Si quis cultor est dei etc. exterius vero debetur ei seruit⁹ latric scđm illud deut. 9. Dñm deum tuū adorabis et illi soli seruiēs. Et et subdit p̄tra eos. s. Coluerūt et seruiērunt creature potius etc. Colebāt enim celestia co:pora. et aerem. et aquā et alia huiusmodi. scđm illud sap. 13. Aut ignem aut spūm. aut citatū aerem etc. Et in hoc improbat sapiētes gentilitum. qui q̄uis nunq̄ in ymaginib⁹ aliquid numinis esse crederent. sicut sectatores hermetis credebant. neq̄ ea q̄ a poetis fabulose dicebātur de dijs crederēt esse vera. creaturis tamen aliquib⁹ cultū diuinitatis impendebāt ex q̄bus rōnem fabularū assignabāt sicut Varro posuit totum mundū esse deū p̄pter animā ei⁹. dicens q̄ toti mūdo et oib⁹ p̄tib⁹ ei⁹ diuinitatis cult⁹ impēdi pōt. s. aeri quem vocabāt Junonē aq̄ quā vocabāt Ieuē. et sic de alijs. Pla tonicī etiā posuerūt q̄ oib⁹ substātijs rōnabilib⁹ q̄ sunt supra nos cult⁹ diuitas debet. puta demonib⁹. aialib⁹ celestiuū corporū. itelligētijs. i. substātijs separatis. Quāuis aut̄ hijs que supra nos sunt aliquā reuerentiā exhibere et beamus. nō tamen cultū latric que p̄cipue in sacrificij oblatione cōsistit. p̄ quod homo p̄fetur oium bonorū de⁹ esse auctozē. sicut et in quolibet regno aliquis honorū sup̄mo dño exhibet que nō licet transferre in altum. Et ideo subdit. Qui est benedictus. i. cui⁹ bonitas est manifesta. Sicut enim dicimur bñdicere deū in q̄tum eius bonitatē corde recognoscim⁹ et ore cōfitemur. **Eccl. 43.** Benedicētes deū exaltate illū q̄tum potestis. Addit aut̄. In seculū. q̄z ei⁹ bonitas est sempiterna ab alio nō dependēs. s. est omnis boni principiu. Et ex hoc sibi debetur omnis latric cultus. Addit aut̄. Amen. ad oiodam certitudinē asserendā. **Ysa. 65.** Qui benedicit⁹ est super terrā benediscetur in deo amē. qđ idem est verū vel fiat. Videtur autē apostolus triplicē theologią tāgere gentiliū. p̄mo quidē ciuilem que obseruabat a pontificib⁹ in adoratione ydolorū in tēplo. et q̄tum ad hoc dicit. Et mutauerunt gloriā incorruptibilis dei. scđo theologią fabularem quā poete tradebant in theatris. et q̄tum ad hoc dicit. Qui cōmutauerūt veritatem dei in mendaciū. 3. theo. naturalē quā obseruauerunt p̄bi in mundo. p̄tes mūdi colentes. et quātum ad hoc dicit. Et coluerunt et seruiērunt creature potius q̄ creatori.

### Lectio octaua:

**D** Propterea tradidit illos deus in passionēs ignominie. Nam femine eorum immutauerunt naturalem vsū in eum vsū qui est contra naturam. Similiter autem et masculi relicto naturali vsu femine: exarserunt in desiderijs suis in inuicē masculi in masculos turpitudinem operan-

tes et mercedem quam oportuit erroris sui semetipsis recipientes. Et sic nō probauerunt deum habere in noticiā. tradidit illos deus in reprobū sensum. vt faciāt ea que nō cōueniunt. repletos omni iniquitate. malicia. fornicatione. auaricia. nequicia. plenos inuidia. homicidijs. contentione. dolo. malignitate. susurroues. detractores. deo odibiles. contumeliosos. superbos. elatos. inuētores malorū. parentibus nō obedientes. insipientes. incompositos. sine affectione. absq̄ federe. sine misericordia. Qui cum iusticiam dei cognouissent: non intellexerūt. quoniā qui talia agunt digni sunt morte. nō solum qui ea faciūt. sed q̄ etiam p̄sentunt facientibus.

**P**osita culpa impietatis scđm quā p̄tra naturā diuinā peccauerūt. hic ponit penā quā. s. ad hoc reducti sunt. vt contra suā naturam peccarent. Et p̄mo ponit penā. scđo exponit ibi. Nam femine. tertio eius p̄uentiā ostēdit ibi. Et mercedem. Dicit ego primo p̄pterea. s. quia dei veritatem in mendaciū mutauerunt. tradidit illos de⁹ non q̄ dem impellēdo in malū sed deferēdo. In passionēs ignominie. i. in peccata cōtra naturam. que dicūtur passionēs scđo q̄ proprie passio dicitur ex eo q̄ aliquid trahitur extra ordinem sue nature. puta cū aqua calefit. aut cū homo in firmatur. Et q̄a p̄ huiusmodi peccata homo recedit ab ordine naturali. p̄ueniēter dicitur passioēs ignominie. quia nō sunt nomine digna. scđm illud ephe. 5. Que aguntur in occulto ab eis. turpe est et dicere. Si enim peccata carnis cōmuniter exp̄probabilia sunt. q̄z per ea homo deducitur ad id quod est bestiale in homine multo magis peccatum cōtra naturā per que etiā homo a natura bestiali dēcidit. **Decc. 4.** Gloriā eorū in ignominia cōmutabo. **De** inde cum dicit. Nam femine eorū etc. exponit quod dixerat. Et primo q̄tum ad feminas. scđo q̄tum ad masculos ibi. Similiter aut̄ et masculi. Dicit ergo primo. Ideo illos dico in passionēs ignominie traditos. Nam femine eorū mutauerunt naturalem vsū in eū vsū qui est cōtra naturā p̄ma cor. 11. Nec ipsa natura docet vos. **Ysa. 24.** Mutauerunt ius dissipauerūt sedes sempiternū id est ius naturale. Et aut̄ cōsiderandum q̄ dupliciter est aliquid cōtra naturā hominis. Uno modo contra naturā dñe cōstitutue hominis que est rationale. et sic omne peccatum videtur esse p̄tra naturā hoīs in q̄tum est contra rationē rectā. Et dñm. dicit in scđo libro. q̄ angelus peccans verus est ex eo quod est scđm naturam in id quod est p̄ter naturam. Alio modo dicitur esse aliquid contra naturam hominis ratione generis quod est animal. Manifestum est aut̄ q̄ scđm nature intentionē commixtio seruum in animalibus ordinatur ad actum generationis. Et de omnibus commixtiois mod⁹ ex quo generatio sequi nō potest. est contra naturam hominis in q̄tum est animal. Et secū dum hoc dicitur in glo. naturalis vsus est. vt vir et mulier in vno concubitu coeant. contra naturam verō vt masculus masculum polluat. et mulier mulierem. et eadem ratio est de omni actu coitus ex quo generatio sequi nō pōt. **De** inde cū dicit. Similiter aut̄. exponit q̄tum ad mares q̄ scilicet relicto naturali vsu femine exarserunt. id est extra terminos nature arserunt. secundum illud. ps. cv. Exarserūt sicut ignis in spinis. Et hoc in desiderijs suis. s. carnalib⁹. Inuicē masculi in masculos turpitudinē opantes

**Exce. 16.** Mudabo ignominia tua coram eis etc. **Deus** de cu dicit. Et mercedez. ostendit hanc penam couenientem esse culpe dicens. Recipientes in semetipsis id est in deformatione sue nature mercedē erroris sui scz dei veritate in mendaciū cōmutauerūt. mercedē id est retributionē quā oportuit scz eos recipere scdm iusticie ordinē ex qua debitū erat vt q in dei natura iniuriosi fuerant. id qd est. ppriū sibi creaturis attribuēdo in sui natura cōtumeiosos existerēt. Et quāuis merces. pprie videat in bonum sonare. tamē hic sumitur cōmuniter p quacuq; retributione etiam in malis scdm modum q dicit infra sexto **Stipendia** pccati mors. **Mich. 1.** Mercedez eozū igni cōburetur. Et est notandū q satis rationabiliter aplus vitia cōtra naturā q sunt grauissima inter peccata carnalia ponit ydolatrie penam quia simul cum ydolatria incepisse videntur scilicet tēpore abrahe qñ credidit ydolatria incepisse. **Unde** tunc primo legūtur in sodomitis punita esse vt gen. 19. Simul etiaz ydolatria crescēte huiusmodi vitia creuerūt. **Unde** dicitur scdm macha. 4. q. 1. **Isid** aulus est sub ipa arce optimos quosq; epheboz in lupanariis ponere. Erat aut hoc non inuitū sed incrementū quoddā et pfectus gentilis et alienigena conuersatiōis. **Deinde** cum dicit. Et sicut nō pbauerunt. ostēdit eos iniusticie fuisse subiectos. Et primo ostendit ex qua prior culpa in hec peccata deuenērūt. Scdo enumerat hoz peccatorūz differētiās ibi. Repleti omni iniquitate. **Culpā** autē pcedentē ponit cum dicit. Et sicut non pbauerūt deū habere in noticia. **Qd** potest dupliciter intelligi. **Qno** mō qz quis luminae ratiōis 7 p creaturas visibiles verā dei cōgnitiōnē habere poterūt. tamē vt liberior possent peccare nō pbauerunt. i. non approbauerunt vt ipsi haberent deum in sui noticia. **Job. 22.** Dixerunt deo. recede a nobis scientiam viarū tuarū nolumus. **Alio** modo potest intelligi qz ipsi nō pbauerunt qz deus in sua noticia haberet facta humana scdm illud ps. 93. Dixerunt non videbit oīs nec intelliget deus. Et scdm hunc sensū cōueniēt hūc culpe respōdet pena qz subditur. **Radidit** illos deus in reprobū sensum. **Dicit** autē hic sensus hominis non exterior quo sensibilia cognoscitur. sed interior scz qz iudicat de agendis. scdm illud sap. 6. **Cogitare** de illa sensus est cōsumatus. **Dicitur** autē hic sensus hominis q aliquis re. pbandum in iudiciū habet de agendis scdm illud 2. thi. 3. **Homines** mēte corrupti re. pbi circa fides. **Je. 6.** **Argentū** reprobū vocat eos. Et ideo subdit. **Et** faciant ea q nō cōueniūt id est ea q a recta ratiōe discordāt. **Sap. 3.** **Inutilia** opa eozū sunt. **Et** aut cōuentēs vt qui contra dei noticiam peccauerūt vel cū cognoscere nolētes vel cū cognoscere nō arbitratēs in pueritate sensus traderētur. **Unde** et sap. 14. dicitur. **Peccantiū** pena pambulat semper iniustozū puaricationē. **Deinde** cuz dicit. **Repleti** etc. enumerat huiusmodi in cōuenientia opa. et primo ponit id qd est generale dicens. **Repletos** omni iniquitate. qz vt dicitur. **1. Job. 3.** **Omne** peccatū est iniquitas. **Sicut** enim oīs virtus in qntū exētur pceptū legis habet rationē iusticie. ita etiam omne peccatū in qntum a regula legis diuine discordat habet rationē iniquitatis. **Et** sic in sacra scriptura precipue peccata arguuntur. **Dupl** autē eorum culpaz exaggerat. **Primo** quidē intensiue p hoc q dicit. **Repletos.** Ille enim videtur repleti iniquitate cuius affectus ē totaliter ad peccandū dispositus scdm illud ps. 13. **Quoz** os maledictiōe et amaritudine plenus est. **Secundo** extēsiue qz scz non tantū in vno peccauerunt sed in oib. **Sap. 14.** **Infādoz** ydoloꝝ cultura oīs mali causa ē. **Cōsequēter** cum dicit **Malicia** enumerat peccata in speciali. **Et** primo qntum ad transgressionē q opponitur pceptis negatiuis. **Secdo** quātum ad omissionē q opponi

tur pceptis affirmatiuis ibi. **Supbos.** **Circa** primū duo facit. **Primo** pōit peccata qbus aliquid deterioratur in se ipso. **Secundo** peccata quibus aliq; sit nocuus pxio ibi. **Malicia.** **Circa** primū ponit qdem id primo qd est generale cum dicit. **Malicia** q ē habitus vitiosus virtuti oppositus. **Unde** et malicia peccare dicitur q ex habitu peccant ps. 13. **Quid** glizis i malicia. **In speciali** ponit peccatū quo qd deordinat circa appetitū corporaliū delectationū cum dicit. **Fornicatiōe.** **Quāuis** enim fornicatō p priesit cū meretricibus q iuxta fornicos id est arcus trium phales se publice pstituebāt. tamē hic sumitur p omni illicito cōcubitu. **1. Job. 4.** **Attende** tibi fili mi ab qntū formatione. **Secdo** ponit vitium p qd quis deordinat circa appetitū rerū exteriorū cum dicit. **Auaritia** q est inmoderatus appetitus habēdi. **Deb. vltio.** **Sunt** mozes sine auaricia cōtenti presentibus. **Deinde** ponitur pctā q tendunt ad nocumētum pximi. **Et** primo ponit id qd est generale cū dicit. **Neq̄tia** dum scz attendat aliq; q neq̄ implere qd maxime cōtingit circa nocumēta pximoz qbus non potest aliq; aliquādo p voto nocere. ps. **Cōiūmēt** neq̄tia peccatoꝝ. **Cōsequēter** ponit radicē hoz peccatorū dicens. **Plenus** inuidia q est dolor de alieno bono ex q aliq; incitatur ad nocendū alteri. **Sap. 2.** **Inuidia** diaboli mors introiuit in orbem terrarū. **Postea** ponitur nocumēta et primo manifesta. et quātū ad factū cuz dicit. **Homicidijs** q sunt precipua nocumēta. **1. Sec. 4.** **Maledictū** mendaciū et homicidiū furtū et adulteriū inundauerunt. **Dicit** aut pluraliter homicidijs. qz homicidiū non solū cōsistit in ope. s; etiā in voluntate. **1. Job. 3.** **Qui** odit frēm homicida est qz scz odit ad occidēdum. **Et** qntū ad verba cū dicit. **Cōtentiōe.** **Est** aut cōtentiō ipugnatio veritatis cū cōfidentia clamoris. **puer. 20.** **Honor** est homini q se sepat a cōtentiōib. **Deinde** ponit nocumēta occulta. et primo illd qd ē generale cū dicit. **Dolo** qñ scilicet aliud imulat et aliud agitur. **Je. 9.** **Sagitta** vulnerans lingua eoz doli locuta est. in ore suo paces cū amico suo loq̄tur et occulte ei ponit insidias. **Post** hec ponit radicē interiorē hoz nocumētōꝝ cū dicit. **Malignitate** q importat malū ignem. i. malū affectum in corde scdm illud ps. 27. **Loquūtur** pacē cū pximo suo. mala aut in cordibus ps. 5. **Non** habitabit iuxta te malignus. **Cōsequēter** ponit nocumēta occulta q precipue sūt verbis cū dicit. **Susurrōnes** q scz occulte susurrāt in auribus hoīz ad seminādū inter eos discordias. **Ecc. 18.** **Susurro** et bilisquis maledictus in populo. multos enim turbauit paces habentes. **Detractozes** q scz detrahūt fame alicuius oculi te id ē eo ignorāte mala dicētes eo. **Ecc. 1.** **Si** mordeat serpens in silētio nihil eo minus habet q occulte detrahāt. **Et** ne putetur ista pctā esse leuia qz solo ore cōmittitur subdit. **Deo** odibiles. **Impugnāt** est id maxie qd deus in hoibus amat scz mutuū amorem. **Jo. 15.** **Hoc** est pceptus meū vt diligatis inuicē. **Unde** dicit puer. 6. **Sex** sunt q odit deus 7 se primū detestat aia ei. i. q seminat inter frēs discordias. **Addit** autē **Cōtumeliosos** q scz mala in faciē inferunt. **1. thi. 1.** **Qui** prius sui blasphemus et psecutor 7 cōtumeliosus. **Sic** ergo hec tria vitia in materia conueniūt qz omnes mala dicūt de pximo. **Dicit** aut in fine. nā susurro intēdit discordiā. detractor infamiaz. cōtumeliosus iniuriā. **Cōsequēter** ponit peccata q pntēr ad obmissionem. et primo ponit radicem hoz pctōꝝ cuz dicit **Superbos.** dicitur enim superbi qñ sup se eūtes p inordinatū appetitū excellentie. volunt enim pcesse nō subesse aliene regule. et ideo pcepta omittūt. **Ecc. 10.** **Innitium** oīs peccati supbia. **Qd** vix est qntum ad auersionem a deo. non qntū ad conuersionem ad bonū cōmunitabile. **Dicitur** enim. **1. thi. vltimo.** qz radix omnīu maloz

## Ad Romanos

Et cupiditas. Secundo ponit pccellus superbie ex quo primo in corde nascit elatio vt scilicet homo se super alios esse rat. **Luc. 18.** Non sum sicut ceteri hominum. Unde dicit contra elatos illud. **ps. 137.** Reus elati sunt oculi mei. Secundo ex superbia in opere nascitur nouitatis presumptio. Et quibus ad hoc subdit. Inuētores malorum quibus bona iam sunt a deo et ab hominibus instituta. Nequē est vt ipsi de nouo ad inueniant mala. **ysa. 3.** Adinuentōes eorum contra dñm. Et sequenter ponatur ipse omissio. Et primo respectu superiorum. Unde quibus ad pentes dicit. Parentibus non obedietes. Contra id quod dicit ephe. 6. Filij obedite parentibus vestris in dño. Quātum autē ad deum dicit. Inspicite id est contra diuinā reuerētiā agētes. **Job. 28.** Ecce timor dñi ipsa est sapiētia et recedere a malo intelligētia. Secundo ponit omissiōē quibus ad seipsum cum dicit. Incōpositos in habitu et in incessu. **Ecc. 19.** Amier corpus 2 rī sus dētium et ingressus hoīs enūciant de illo. Quēdaz tñ inculpatur. **ysa. 3.** De hoc quod cōposito gradu incedebant quod illa cōpositio excedebat modū cōmūne hominū inter quos cōuerfabatur. Tercio ponit omissiōē quibus ad patres ad quos debent habere primo affectum in corde. contra quod dicit. Sine affectiōe. **puer. 12.** Viscera ipiorum crudelia. 2. **tbl. 3.** Erunt hoīes seipos amātes se et non alios. Secundo debet homo eis exhibere socialē cōuersationē contra quod subdit. Absque federe quod se alio socialit non cōiūnt. **Judic. 18.** Percusserunt eos in ore gladij. eo quod cū nullo hominū haberēt quicquid societatis ac negocij. **Ecc. 4.** De soli quoniam cū ceciderit. Quarto quibus ad inferiores subdit. Sine misericordia quā debemus miseris exhibere. **Jac. 2.** Iudicij sine misericordia illi qui non faciunt misericordiam. Et deinde cū dicit. Quia cum iusticiā ostendit eās esse obnoxios ire sue vindictē diuine. Circa quod tria sunt cōsiderāda. Primo naturalis eorum affectus quia cū cognoscerēt deū iustum sicut et omnes alias pfectiones habēt nō crediderūt quod p peccatis penam inferret. **Sopho. primo.** Dicit in cordibus suis nō faciet dñs bene et nō faciet dñs male. Et hoc est quod dicit. Qui cū iusticiā dei cognouissent nō intellexerūt. Secundo pena peccatis eorum debita cū dicit. Digni sunt morte. Infra sexto Stipēdia peccati mors est. Dignū est enim quod aia quod deserit deus a corpore suo deseratur p mortē corpalem. et finaliter deserat a deo p mortē eternā. de qua dicit in **ps. 33.** Mors peccatorū pessima. Et apoca. 2. In his mors scda non habebit potestātē. Tertio cōsiderandū est quibus talis pena debetur. Et primo his quod talia agūt sepe predicta peccata scdō illud **ps. 5.** Disti omnes qui operant iniquitatem perdes omnes qui loquuntur mēdaciū. et non solū illis qui faciūt sed etiam his qui cōsentiant facientibus. Et hoc dupl. Uno modo directe vel laudādo peccatū scdm illud. **ps. 9.** Laudatur peccator in desiderijs anime sue. Al etiam prebēdo cōsiliū et fauorem. scdm illud 2. **pa. 19.** Impio prebes auxiliū. Alio modo indirecte quādo non reprehēdit aut impedit quos cūq; modo si potest. et precipue si ex officio incūbat. sicut peccata filiorum imputantur hely. sicut patet. 1. **regū. 4.** Nec autem specialiter apus dicit ppter quosdam sapiētes gentiliū qui et si ydola non colerent: tamen colentibus non resistebant.

### Capitulum secundum.

**P**ropter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas In quo enim alterū iudicas teipsum condemnas Eadem enim agis que iudicas Scimus enim quoniam iudicium dei est scdm veritates in eos qui talia agunt Existimas autē o homo

qui iudicas eos qui talia agūt et facis ea quod tu effugies iudicium dei An diuitias bonitatis eius et paciētē et lōgaminitatis ei? cōtempnis Ignoras quā benignitas dei ad penitentiam te adducit. Scdm autem duriciam tuam et ipenitens cor thesaurizas tibi trā in die ire et reuelatiōis iusti iudicij dei. Postquā apostolus ostendit quod gentiles iustificari nō sunt ex veritatis cognitione quā habuerunt. hic ostendit quod ne quod etiam iudei iustificati sunt ex his in quibus gloriabantur. Et sic vtriusque est necessaria ad salutem virtus euāgelice gratie. Primo quod dicit quod iudei nō sunt iustificati ex lege Secundo quod nō sunt iustificati ex genere de quo gloriabatur. 3. cap. Quid quod est apł? Tertio quod nō sunt iustificati ex circūcisiōe. 4. capitulo Quid quod dicem? Circa primū cōsiderandum est quod iudei et gentiles ad fidem cōuersi seimicē iudicabāt de priorī vita. Iudei enim gētibz obijciēbant quod sine dei lege viuētes ydolis imolabant. Gētiles autē obijciēbant iudeis quod lege dei accepta eās nō seruabāt. Primo ergo vtriusque arguit de inordinato iudicio. Secundo specialiter ostendit quod iudei nō erāt digni premio quia ea in quibus gloriabātur non sufficiebant ad salutē ibi. Nō enim audiuit legem. Circa primū duo facit. Primo cōsultat humanū iudiciū. Secundo astruit et cōmēdat diuinū ibi. Scimus enim. Circa primū duo facit. Primo pponit mutuo se iudicātes inexcusabiles esse Secundo assignat rōnem ibi In quo enim. Primo ergo cōcludit ex pmissis dicens. ppter quod gētiles veritatē de deo cognitā in iustitia detinuerūt. Homo qui iudicas aliu hominē iexcusabilis es sicut supra primo dixit. ita vt sint iexcusabiles. Adidit autem omnes Quasi dicat. quicquid sis siue gentilis siue iudeus. quod etiam gentilis de quo magis videbāt non potest excusari p ignorātiā. sicut supra ostensū est. 1. **corinth. 4.** Nolite ante tēpus iudicare. Deinde cū dicit. In quo enim assignat rationem excludēdo causam excusationis. primo quidem ignorātiā scdō innocētiā ibi. Eadem enim Ignorātia quidē excludit p iudicium. quēquid enim tu dicat aliquid quasi male agentē demonstrat se agnoscerē illud esse malū et ex hoc ostēdit esse cōdemnabile et hoc est quod dicit. Ideo in quod es inexcusabilis. In quo enim iudicas alter. Hi male agentē teipm cōdemnas. i. ostēdit te esse cōdemnabilem. **Dat. 7.** Nolite iudicare et non iudicabimini. Non tamē credendū est quod omne iudiciū sit cōdemnatiōis causa. Est enim triplex iudicium. Vnū quidē iustū quod sepe fit scdm relām iusticie. **Sap. 1.** Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Aliud est iudiciū non iustū quod sepe fit cōtra regulam iusticie. **Sap. 6.** Luz essetis ministri regni eius nō recte iudicatis. Est autē tertiu iudiciū temerarium cōtra quod dicit **Ecc. 5.** Ne temere quod loquaris. Quod quidē du plr cōmittit. Uno modo quū aliq; pcedit circa id quod est sibi cōmissū iudiciū absque debita veritatis cognitionē contra id quod dicit. **Job. 29.** Causam quā ignorabā diligentissime inuestigabaz. Alio modo quādo aliquis vsurpat sibi iudiciū de occultis de quibus solus deus iudicare habet. Contra id quod dicit. 1. **corinth. 4.** Nolite ante tempus iudicare quoad usque veniat dominus qui illum nabit. Est autem aliquid occultū non solū quo ad nos sed secundum sui naturam ad solam dei cognitionem pertinēs quidē primo cogitatio cordis. scdm illud. **Je. 17.** Prāuū est cor hominis et scrutabile quod cognoscat illud Ego dñs scrutās corda pbans renes. scdō contingēs futurū scdm illud. **ysa. 51.** Annūciate que vētura sunt infurū et dicem? quod vij estis vos. Et ideo sicut dicit aug. de sermone domini in mōte duo sunt in quibus temerariū iudicium cauere debemus. vel cū incertū est quibus quisque